



9



*Livro* FERIN & C<sup>a</sup>






4  
me  
1319

1132





*Aug. S. Genesio* *De Genesio* *De Genesio*  
F. Adæ montaldo Ianuensis: augustiniani carmini  
bus heroicis edita passio de mini nri Iesu Christi.

6. Vc genus humanū p̄cor ad mea carmīa: puris  
Curre animis. tibi si qua fides: uel numina nri  
Vera redemptoris remanēt: accede parumper  
Audire infandos: quantos tolerare labores  
Vita Iesu uoluit: qui sanguine opaca redemit  
Secula: & extinxit mortalia federa ditis.  
Sancte dei o genite tu ante omnia dicta legenti  
Da ueniam: atq; preces tu suscipe in aure benignas.  
Sancte dei o genite populi miserere precantis.  
Dicam equidem ī q̄ntas se immergere uictima penas  
Pro nobis uoluit: nullo miserante renatis.  
Tempore cesareo ceca in caligine rerum:  
Cum genitus iam multa dei miracula plebi  
Fecisset: uelletq; mori: quo secla profundo  
Preriperet confusa lacu: uoluit crucifigi  
Per seuum populum. pater arbore primus ut Adam  
Pomifera excessit: comedens: sic Christus eadem  
Arbore: ferre necem uoluit causante: nefandam  
Ista salus hominum sub opaca mole ferenda  
Tanti erat: ut tota natura creata uel omnis  
Angelica: humanum genus instaurare nequiret.  
Aut pater aut genitus potuere: aut spiritus almus  
Restituisse hominem. saluandi tanta facultas  
Sola tribus. quibus unus honos atq; una potestas:



Vna dei deitas. una integerrima uirtus  
 Quam colo. quãq; opto. metuo ac reuerẽter adoro.  
 Quisq; trium per se potuit rationibus altis  
 Restaurare. Tamen meliori iuri decebat  
 Natum: qui acciperet ueteris uestigia patris  
 Nam quia peccarat grauis ignorantia ueri  
 Restauraret eam geniti sapientia summi.  
 Iste ter undenis uixit sanctissimus annis  
 Eradiando nouum testamentum ore docebat  
 Sanabatq; homines nimia dulcedine captos.

### Ordo passionis

**C**onsilium fecere simul pro sanguine iusto  
 Scribe & pôtifces: ut xpm apprehendere possent  
 Atq; dolo opprimerent. Non aut in tpe festo  
 Ne forte in populo fieret prohibente tumultus  
 Tempus erat: quo pasca azimum properabat ab ide  
 Ad biduum. patribus summis populoq; retractis  
 Quod Iesus imposuit sociis debere parari.  
 Christus erat solitus leprosi in simonis edem  
 Sepe ire ad cenam. cum declamasset in urbe  
 Hac ita luce fuit. sociis mensa inde repostis.  
 Ecce supergreditur mulier de parte propinqua  
 Magdalena ferens alabastrum nobile nardi  
 Pistici unguenti. quo Christum intenta perunxit  
 In sacris pedibus. lachrymisq; tenerima sulis

Tinxit. & extersit turba spectante capillis.  
 Quod cernens iudas. rabiosa in murmura rupit  
 Ante recumbentes. tales dans ore querelas:  
 Vt quid p̄dicio hec. trecentis credita nummis  
 Facta. fuisset enim melius uendiue dariue  
 Pauperibus. tanta hunc rabies inuaserat eris.  
 Vt reliquos socios in talia uerba moueret.  
 At Iesus ut questos confunderet ore ferebat:  
 Quare molesti estis mulieri huic. semper habetis  
 Penes uos inopes. beneq; iis facere inde potestis:  
 Meme autem absentem non sempet habebitis: Ipsa  
 Nanq; opus est operata bonum: nec nescia proflus  
 Ad sepeliendum per opaca piacula fecit.  
 Tum male contentus & facto & fame iudas:  
 Tum quia perdiderat decimam. Tum perfidiaq;  
 Natura atq; animo. Loculos a parte retentans:  
 Hinc abiit. ut repareret quoscunq; amiserat assles:  
 Itq; ad pontifices. proferet. oblata capeffunt.  
 Pacta placent. uenditq; suum fera seua magistrum.  
 Sed cum inde ad biduum. ut predixi pasca ueniret:  
 Christus ait sociis. properant pascalia fratres.  
 Est igitur cohibenda opera ut comedamus. at illi  
 Respondere. Rabi. qua uis tibi parte paremus.  
 Tunc Iesus intra urbem petite inquit. ibi iuenietis  
 Quendam hominem clarētis aque baiulare lagenam  
 Dicite ei. ut doceat. doctiue paretis ibidem.  
 Discipuli petiere locum iussisq; relatis.

Conuenere domum. referunt. & adire propinant.  
Adueniente die. qua lux male cognita mortem  
Debebat diuina pati. precepit eundum  
Iuda adeunte simul. contingunt limina. cenam  
Instituunt dapibus. sedet omnis in ordine mensa.  
Ast dum inter medium considerat omnia Christus.  
Tales discipulis fundit merore loquelas:  
Hic uestrum est aliquis. qui mecum intingit in isto  
Vase manum commedens: neglecto numine tradit  
Me innocuum. Ast illi circum uaga lumina mensam  
Ductantes: dixere Iesu. que uerba: magister  
Hec sunt. que loq̄ris. quis ne unquam ita pfidus esset.  
Vt dominum te te truculento proderet ausu.  
Discipulus iunior. dominoq; propinquior inquit  
Quis domine est: qui te. rogo dic mihi munera tua  
Ipse dato signo buccelle. ex inde refundit  
Estq; necesse tamen ueniant ut scandala mundo  
Scandala quem ueniunt nihillominus illi homini ue.  
Esset ei melius si non satus orbe fuisset.  
Petrus enim incipiens tristar̄i uoce ferebat:  
Quid loqueris uenerande rabi quis te infidus unquam  
Decipere auderet nostrum. sum nanq; paratus  
Pro te. in bella mori. mors est mihi uita relicto.  
Cui Iesus: o symon: ter me ante hac nocte negabis:  
Quam cantet gallus. prolatis uocibus: omni  
Optabat studio symon prescire nocentem.  
Si sciisset enim: gladio occidisset acuto.

Omnis amaro animo circumfedit ordine mensa  
 Meror erat: domino tanta pietate loquente.  
 Ast post multa: Iesus buccellam imponit ad atrum  
 Os iude effantis Christo: sum ne ille. magister.  
 Dixisti Iesus inquit ei. stertente Ioanne  
 Post maledictus homo retrahens se corde feroci  
 Pacta sequi audebat: trigintaq; uendere Christum  
 Denariis: truculenta fames non destitit auri  
 Hic Iesus assumit panem: dum cena peracta est:  
 Et benedicit eum frangens: danſq; omnibus: inquit  
 En corpus: pia turba: meum: capite atq; salute  
 Sumite pro uestra: quodcunq; in posse feretur  
 Peccatorum hominum pro uobis: chara propago.  
 Conſimiliq; modo. poſtqm cenauit ibidem:  
 Assumit calicem dicens ſub uoce tremiſſa:  
 Ecce calix nouitas teſtamentalis ab euo  
 Sanguinis acta mei: qui diffundetur in orbe.  
 Hunc bibite & quotiens facitis meminiffe meoꝝ eſt  
 Hic fuit a domino communio condita p̄ in: um  
 Tum Ieſus: hic aliquis ueſtrū eſt: q in brachia tradet  
 Me phariſeorum. Tunc quiſq; urgente magiſtro  
 Se excuſare ſibi. Ieſus obſeruando paternas  
 Atq; prophetarum leges. perimiq; patiꝝ  
 Maluit. infauſtum qm diuulgare ſodalem  
 Sed grauis inter eos orta eſt contentio: quis nam  
 Eſſet honore aliis maior. quam Chriſtus ac'emit  
 Sic dicens. Reges populi dcminantui eorū m:

a. iiii.

Et qui maior adest. uires exercet in illis:  
Vos autem non sic. sed qui uolet affore maior:  
Sit uestrum in medio tanquam persona ministrans.  
Post Iesus aspiciens instare pericula mortis:  
Iudaicumq; in se: populo clamante furorem:  
Admonet: ut sedeant: grabatum capit. igerit unda;  
In peluim. atq; iubet circum per scamna sedere  
Discipulos. peluimq; subaptat ad inguine Petro  
Ut lauet ante pedes. symon pro uiribus obstat  
Non mihi in eternum dicens proposse lauabis.  
Cui Iesus asseruit. nisi te petre lauero. certe  
Partem aliquam haud mecum diuine lucis habebis  
Tunc petrus inquit ei: si non tibi sufficit ambos  
Collauisse pedes. ceruicem infunde manusq;.  
Sic Iesus hunc primum manibus satagētibus unda  
Lauit: & inde alios: niueo uelamine tergens.  
Post ita composita permulcet pectora lingua:  
Nunc estis mundi sic fratres. non tamen omnes  
Hec uobis monimenta dedi. quo stetis in uno  
Robore amicitie: & maior quicumq; sit: ipse  
Sit minor: & tanq̄m reliquis qui nancq; ministret  
Non ne uocatis ait: me me domine atq; magister  
Sumq; etenim: bene fit: sic uos moneoq; rogoq;:  
Exemplo facitote meo. Firmemini amore  
Fraterno ex me ipso. cari ut precepta parentis  
Seruo ego sic ego uos moneo seruare fideles.  
Meror erat. domino tanta pietate loquente:

4  
Inter apostolicum per scamna patentia cetum  
Preter iniquum hominem iudam: q corde proteruo  
Pacta priora sequi. trigintaq; uendere Christum  
Denariis. nullis uoluit desistere rebus.  
Qui licet innocuum precio uenundedit agnum.  
Attamen ausus erat Christo sine honore querenti  
Respondere nimis temere: & sic suscipiendi  
Corpus in ore suum. Iesus autem qui impia iude  
Corda sciebat. ait. cito fac quid habebis faciendi m.  
Discipuli ignari credebant q Iesus illi  
Imponeret quicqm. uelut ante ex more solebat.  
Nam sibi onus dederat faciendi ex ordine sumptus.  
Vnde retentabat decimam uelamine partem  
Ex quo indignatus de unguenti aspergine: tali  
Parte carens abiit capto sermone magistri:  
Inueniensq; patres dixit iam cuncta peregi:  
Tempus adest capite arma cohors: mecumq; uenite  
Ostendam ue hominem. tamen hinc audite parump  
Est aduertendum caute quid in arma ruentes  
Efficitis: Nam quidam alius de discipulorum  
Ordine: ei similis facie barbaq; uidetur:  
Dicitur ille minor iacobus patre nomine ab alpheo  
Ortus: habens simile personam atq; omnia Christo.  
Non sit qui strepitum: non uerba minantia faxit.  
Sed quando in factis erimus: sic sumite signum:  
Quencunq; amplectar. cui ue oscula fixa tenebo:  
Ille ipse est: capite illum armis. & ducite caute:

Ne uideat populus. tūc gens fera ad arma cucurrit  
Seq̃ arat in cuneum cum fustibus atq̃ laternis.  
Tanq̃m cum in se uum resonat populosa tyrannum  
Seditio: qui longe urbem possederit armis.  
Non aliter maledicta cohors excedit in agnum.  
Nox erat & tetra latitabant sidera terra.  
Turba exit domibus secretis gressibus ardens  
Aduersum innocuum uiolento milite regem.  
Dux erat iis prodens in tanta pericula iudas.  
Ast Iesus est prope crudelis tempora mortis:  
Iudaicumq̃ uidens contra se exisse furorem:  
Post lomenta pedum. data post monimenta. patriq̃  
Exhibitas grates. pacisq̃ exempla serende  
Vicinum exitum meditans. fraterna remulcens  
Corda. uocat petrum & iacobum fratremq̃ Ioannē  
Dimissis aliis. cumq̃ iis accessit in hortū  
Montis oliueti: dicens: anima est mea: fratres  
Tristis adusq̃ necē. hic requiescite. donec adore  
Patrē in monte meū. paulūq̃ recessit in altum  
Quantū ferre potest manualis missio saxi:  
Inde hec uerba patri nuda in tellure tetendit.  
Mi pater omnipotens. si est fas. aut possibile: a me  
Transeat iste calix nihilominus ut uolo non sit  
Sed sicut & tu uis. Fiat tua nanq̃ uoluntas.  
Hic alia effatis lachrymis pia uerba parenti  
Non mihi nota dedit. post q̃ sine fame pergit  
Ad tris discipulos grauiter dormire repositos.

**Q**uoniam Iesus exclamans tali est affatus amore:  
 Vna hora haud mecū infomnes uigilare potestis  
 Est infirma caro: promptus quoque spiritus ergo  
 Orate o fratres: ne uos tentatio prompta  
 Apprehendat. uigilate igitur. ne intretis in illā.  
 Post que Christus adhuc in eundē se ingerit hortū  
 Ut patrem almificum uitanda ex morte precetur.  
 Ante illū pia uerba modo profundit eodem.  
 Que postquam exegit: redit ad tria corpora sono  
 Pressa graui. redit inde iterum: pressosque relinquit:  
 Qui pre tristitia hic oculos habuere grauatos.  
 Compatiens abit inde retro quo orauerat ante  
 Et loquitur lachrymans pia uerba simillima primis:  
 Nolo pater facias quecunque rogata poposci:  
 Si ne est possibile hoc: nihilominus obsecro parcas  
 Ossibus afflictis. crudeles uiscera penas  
 Haud asueta timent. pater inuictissime confex  
 Robur: ut in tantos stabilis sit uita labores.  
 Sudans corpus erat nimio langore repletum:  
 Factus sudor ei tanquam de corpore gutte  
 Sanguinis: in terram mira pietate cadentis.  
 Tum pater angelicum misit solamen olympo.  
 Mestus erat preciosus amor: deus ille deorum  
 Horrebat tormenta pati crudelia mortis.  
 Angelus. ut potuit. mestum est solatus an: cre m  
 Sic dicens. Pater ecce tuus me misit ab alto  
 Affirmans: quod tu mundum saluabis ademptum:

Tartara subiciens ualidis religanda cathenis:  
Eripiesq; pios ab opaco carcere patres:  
Atq; tuos: quondam qui te cecinere prophetas  
Venturum. tantoq; expetant tempore in umbris.  
Esto alacer. diuina salus. cito preterit hec mors  
Corporis unde sacrum debes meruisse triumphum  
His simul explicitis lachrymās se abscondit in auras.  
Ast Iesus accepto solamine cedit eodem  
Quo supra ad socios dixi accessisse relictos.  
Hos uocat ancipiti circum somno ora ferentes  
Tantū oculos habuere graues. quibus inclyto heros:  
Dormistis satis inquit. adest. qui indormit: & instat  
Proditor ecce uenit: qui me uenundedit ere.  
Verba loquente Iesu: iuda duce turba propinquans  
Apparet. se quisq; trahit. reus oscula Christo.  
Portigit. Ipse autem iude hec pia uerba refundit  
Iuda hominis genitū sic falsa per oscula tradis.  
Ille ferox tacuit. Turbe hunc tenuere furentes.  
Christus dicit eis. Quem queritis. iiq; loquenti  
Respondere simul. Christū Iesū nazarenum.  
Christus eis ego sum. qua deniq; uoce recepta  
Precipites cecidere omnes. surgentibus illis  
Inquit adhuc dominus. quē queritis. hi ue secundo  
Querimus illum hominē dictum Iesum nazarenū.  
Tunc Iesus ille ego sum. si me modo queritis. ergo  
Mittite abire istos. Sed quid tot tela: tot enses:  
Tanquā ad latronē ualidis me apprehendere in armis

6  
Ex istis: cum in templo essem rapiendus: & inter  
Plebem & pontifices: nec me tenuistis. ut autem  
Impleri scriptura queat: sic expedit esse.

Petrus enim iratus. uisa asperitate tumultus:  
Assilit in medium: cunctisq; uidentibus: uni  
Amputat auriculam gladio. de nomine malcho.  
Tunc Iesus. o symon: uaginam imposito ferrum  
Nam gladio feriens. gladio crede mihi peribit.  
Si uolo presidium: num possum poscere ab alto.  
Ipse pater: superiq; chori: celiq; ueniunt  
In mea uota satis: crudelem euertere gentem.  
Quomodo enim possent scripture impleri et alme.  
Talia dicentem comprehendere turba ruebat:  
Interea excisam malcho Iesus inserit aurem.  
Inde ipsum arripiunt uiolenter: & ante malignum  
Hannam pontificem. manibus post terga ligatis  
Direptant feriendo genas: crinesq; trahendo  
Discipuli irapuere fugam. dum terga dedere  
Carior ille etiam dimissa syndone: & cunctis  
Consternata cohors formidine in abdita cessit.  
Turba trahit dominum magni latronis ad instar:  
Et querens dignos rabiosa proteruia testes  
Accusare illum grandi clamore silentem.  
Inuenti duo sunt falsi: qui testificantur  
Audiuisse Iesum dicentem: se fore regem:  
Atq; dei genitum: uelumq; abscindere templi  
Posse: atq; in triduo reparare & condere ab imo.

Hec nec erant legi bene conuenientia mortis  
Testificata. Iesum alloquitur sermonibus atris  
Presul. ut expromat quis sit. Iesus inquit ad illum  
Posce tuum populum: quo ego sum presēte locutus  
Cuncta palam. atq; nihil. nisi tēplo atq; urbe potitq;  
Occultum edixi. Sic talia uerba loquenti  
Assilit in medium quidam ex astantibus: illi  
Dans alapam: & mentis magno cum turbine dicens:  
An sic pontifici loqueris. Iesus inquit eidem  
Si male sum fatus. perhibe de crimine testem  
Si bene: cur me tam uiolento fulmine cedis.  
Tumq; ministrorum manus impia circiter astant  
Diripit instar ouis mitem. ut pia uictima ad aras  
Ire solet: sic Christus enim laceratus adibat  
In media feritate canum. nec proderat almo  
Ore queri. sed eum uiolento fune trahebant  
Coram atro imperio truculenti presulis anne.  
Hinc duo dicipuli dominum interuincla relictum  
Vsq; in pontificis sunt aspera testra secuti.  
Petrus enim ante alios: dum gens inimica ligatum  
Sic traheret collo Christum: est ingressus in edem.  
Ut finem fortis tempestatisq; uideret.  
Quem cum pontificis apud ignem ancilla sedentem  
Cerneret. inquit ei: uere & tu dicipulorum  
Vnus es istius. negat ille. sed altera post hec  
Et alamis ancilla uenit. que uerba secundat.  
Ille quoq; atq; iterum negat esse quod ante negarat

Post aliud modicum quidam ex astantibus: & hic  
Frater erat marci: cuius preciderat aurem.  
Qui petrum aspiciens dixit cum uoce minaci:  
Et tu etiam cum homine hoc aderas: & uidimus horto  
Te secum esse palam. dumq; acriter ipse timeret  
Contra hominem instantē petrus & uerba ista ferentē  
Nanq; manifestum tua te facit esse loquela:  
Respondit iurans anathemata uerba: nec illum  
Cognoui quis sit. nec me uidisse fatebor.  
Hec ubi continuo uerba edidit ore procaci  
Cantauit gallus. Quare indice lumine petrum  
Respicente Iesu. Lesa ad precordia uenit  
Culpa ferax sceleris: quam nunq̄m pena refugit.  
Vnde recordatus petrus est sermone: q̄ ante  
Dixerat huic dominus illum debere negare:  
Exiuitq; foras: & crimen fleuit amare.  
Anna Iesum interea reinterrogat. ille silebat.  
Quemq; accusabant per mille foramina uecum  
Astantes. nihil ipse ultra. Tunc presul ad ipsū  
Nonne uides quanta te aduersum testificatur  
Turbe. & nō loqueris. nec ad ulla obstacula calles  
Per uiuum te adiuro deum. quis sis mihi dicas.  
Si es Cristus genitura dei. Si es filius alti.  
Tunc Iesus audito adiuramine presidis inquit  
Ille ego sum: quoq; dico tibi q̄ tu ipse uidebis  
Natum hominis celi uenientem in nubibus alti  
Immensa uirtute dei dextrisq; sedentem

Preses ut audiuit uerba hec expressa locuti  
Dilanians manibus sua uestimenta lacertis  
Blasphemiam ne audistis ait quid ne ecce uidetur  
Se mortis facit esse reum: quid testis egemus.  
Tunc omnes tonuere animis & uoce per auras:  
Hic crucifigatur. Nam uere est testificatus  
Coram pontifice commissa piacula mortis.  
Vnde illum ad caipham manibus duxere ligatum.  
Audit eum caiphas. mittitq; ad seua pilati  
Iudicia: & dum adeunt. lacerant sine lege ministri  
Et caput & faciem truculenti turbinis astu.  
Presidis ante fores dum gens furiosa propinquat  
Pilatus loquitur: quam causam affertis agētes  
Auersum hunc hominem. cui respōdere ministri:  
Si ne esset malefactor: eum pilate dedissent  
Nō tibi pontifices. qui ad te ipsū in uīcula mittūt.  
Nam sese facit ipse deum: regemq; uocari:  
Al. nifica nostrum remouens a lege popellum.  
Obstupuit pilatus edax: & uerba requirit  
Respon̄sua Iesu: quem gens cum fune tenebat.  
Proditor infelix. uisa asperitate furentum  
Penitui fecisse dolum. trigintaq; nummos  
Coram omni populo ac turba proiecit. & inquit  
Peccauī tradens hominem cum sanguine iustum:  
Illi autem dixerē sibi: tu uideris ante:  
Quid nobis. si tu facinus fateare peracto  
Federe: iam dedimus precium. tibi luditur. ille

Inde abiit. laqueoq; ferus se urgente pendit  
 Desperansq; extinxit edax: animamq; malignam  
 Perdidit. & toto miserum se fecit in euo.  
 Pontifices iussere capi precium atq; repeni.  
 Consilioq; inito seniorum. est deniq; certum  
 Ex ipso precio campum telluris emendum  
 In peregrinorum per secula cuncta sepulchrum.  
 Vnde uocatur ager alchedemac ille hodie num  
 Vusq; diem. hic ager est precio de sanguinis emptus.  
 Impleta est scriptura ferens. dicente propheta  
 Hieremia olim. & ceperunt gens fera iude  
**Triginta argenteos precio simul appreciatos:**  
**Quem preciauerunt a natis israhel ante:**  
 Atq; dedere illos figli uiridentis in agrum:  
 Ut mihi constituit dominus. Post multa silenti  
 Verba Iesu Pilatus ait. nihil astruis ad hec  
 Que obiiciuntur ab iis mihi fare. & terogo. tu ne es  
 Rex iudeorum. Iesus autem tu hoc ais inquit.  
 Admirabatur uehementer ad cuncta preses.  
 Mos erat in populo paschali in luce rocentem  
 Morte aliquem ex dono festi dimittere abire  
 Tempore in hoc aderat barabas homo nomine qdam  
 Crudelis nimium. qui propter seditionem  
 Carcere tentus erat. condigna morte necandus.  
 Vnde uolens pilatus ait dimittere Christum:  
 Quem uultis uobis ex his o turba duobus  
**Dimitti aut barabam; aut Iesum: qui dicitur unctus.**

Norat enim inuidia ꝓ dimisisset eundem.  
Clamabant omnes: Barabam dimitte: Iesumꝑ  
Da ut crucifigatur. qua nocte accessit ad illum  
Vxor: sic dicens: nihil huic uelis esse molestus  
Chare marite homini. multa hac ego nocte uerenda  
In somnis sum passa. precor. noli affore uindex  
Erga hoïem hunc. uelis hec mea uerba capessere sodes  
Nostraq; iudicio domus est ruitura sub isto.  
Quanqm̄ hec uerba uirum uel somnia uisa mouerent:  
Attamen ipse patrum metuens fera corda minasq;  
Malebat satis esse reis. qm̄ legibus almis:  
Dimitti sed eum querebat. turba loquendo  
Dicebat clamans. si tu dimiseris illum:  
Cesaris hostis eris. Romanorumꝑ senatus.  
Nam gentem nostram preuerterat: incipiendo  
A gallileis usq; huc. pilatus habendo  
Quod gallileus esset sine tempore. eundem  
Misit ad herodem pro magno munere regem  
Cuius erat ditioe Iesus. Rex iste profecto  
In hierosolimis illis erat ipse diebus.  
Optabatq; Iesum. ob miracula facta uidere  
Mittitur ante illum Christus. rogat ille silentem.  
Atq; iterum rogat. ipse tacet. preceꝑ irritus omni  
Sprouit: purpureamq; sibi circumdare uestem  
Iussit. Pilato propria cum gente remittens  
Quod sunt effecti rex & pilatus amici:  
Nanq; ante extiterant causis uenientibus hostes.

9  
Tunc pilatus habens causam de morte ferendam  
Cogregat omnē hōinem. plebem. scribasq; patresq;  
Atq; magistratus. uerba ista nouissima dicens  
Hunc hominez ad me iterum nihil adduxistis hñtem  
Criminis. ecce illum uos ante interrogo nullam  
Inueniens causam mortis. quid enim faciemus  
Nec ue etiā herodes mihi qui ipsum impune remisit  
Quid faciam .quo uertā animū. quis consulat expers  
Nescio. quare illum statuo dimittere abire.  
Sed fera uociferans rabies clamabat ad auras  
Cesaris hostis eris. si tu dimiseris illum.  
Nam qui se regem facit. alti est cesaris hostis.  
His pilatus ait. capite hunc & plectite uosmet.  
Dicunt haud nobis licet intercidere quenquam.  
Pontius attonitus statuens utrobiq; placere  
Principibus populoq; simul. iubet expoliari  
Christum ac terribili religari fune columna  
Marmorea: & corpus milleno fulnere fundi  
Ut fluerent uarii de toto corpore riuū  
Sanguinis. hinc iterum uestem super atra reponunt  
Vulnera: & ad talamum ducunt cum fune ligatum  
Et folio imponunt uelato lumine. & unam  
Aptant in manibus uirgam. spinisq; coronant  
Gens maledicta caput. baculis circum undiq; longis  
Percutiunt. uocitantq; rabi. regemq; salutant  
Iste prophetiza quis te percussit. aueto  
Rex iudeorum. crudeliter intus & extra.

Opprimitur. si unquam fuit ulla proteruia mundo:  
Si impietas aut ulla lues. minor extitit ista.  
Si qua ferire hominem potuerunt brachia fontem  
Aut manus e Te potens Iudis assueta palestire  
Hic nego maiores potuisse ostendere uires.  
Fusus erat ubicunq; cruor lachyrme: atq; dolores:  
Sudores. gemitusq; graues. mitissimus agnus  
Excoriatus ibi sine ui sine matre sine ullis  
Obsequiis. preciosa salus diuina parentis  
Dextera: iudaicum regimen: decus. indyta celi  
Gloria. & omnipotens sub tot iuga semita regnis  
Vineta sine auxilio pateretur talia. quis non  
Fudisset lachrymas madidis crudelis ocellis  
Vndiq; sanguis erat partes diffusus in omnes  
O nimium crudele genus. seuumq; barathri  
Portentum. o rabies semper contra alma rebellis  
Numina. & o ueterum generisq; infamia patrum  
Iudaica horrende soboles dignissima morte  
An potuisset atrox herebi grauiora potestas  
Ostendisse unquam tormenta. neronior etas  
Sit maledicta manus. & te foret hydra nefanda:  
Nec sat erat corpus flagris ubicunq; ferire:  
Sed tu adiecisti gladio crudele uenenum.  
Induitur rigide. teritur plaga. ducitur intro.  
Conditur in solio. facies uelatur. harundo  
Traditur in manibus. nec tanta illudia lassis  
Sufficiunt. spinis caput impietate coronant.

10  
Velatum. adiiciunt conuicia. percutiuntq;  
Vndiq; harundinibus dicentes ordine. rabi  
Iste prophetiza. quis te percussit. aueto  
Rex iudeorum. Vos o rigidissima rerum  
Robora. que fontes diuinis plectitis armis  
Conueniendo istuc uestras adducite uires:  
Vos quoq; terrifici crudelia tantara ditis:  
Aduentate cito. & date premia digna feroci  
Huic tanto ingrato populo. dimitte ab orco:  
Si qua hominum crudele nefas fatalia terrent.  
Nanq; hec illa lues quondam temeraria morte  
Semper. & alma dei contra precepta potentis  
Contemptrix superum: uestreque audivissima sedis  
Extra exite cito. rabidasque afferte sorores:  
Et laniate auidas diuini sanguinis iras.  
Hunc ita seminecem populo de uertice monstrat  
Pilatus patribusque simul. dans talia uerba:  
Ecce hic rex uester. sibi respondere cohortes.  
Cesare sublato. nullum pro rege tenemus.  
Ad que pilatus facie trepidante refudit  
Sat si ego corripui. si quid falsi ille peregit:  
En uelut illum hodie crudeliter intus & extra  
Correptum exhibeo statuens hunc mittere. preses  
Clamauit dimittam ipsum. fera uociferauit  
Turba minas agitans. si tu hunc dimiseris errans  
Erroremque gerens inimicus cesaris alti  
Semper eris. pilato animus uiresque tepebant

Vocibus auditis. & adhuc examinat intus  
Illum obmutentem. populumq; ìde exit ad atrum  
Nullam ego adinuenio causam per numina dicens  
Debeat ipse mori. capite illum. & uestra secundum  
Iura dicite reum. neq; enim mihi causa uidetur  
Iusta erga hunc hominem. sed uociferare priores  
Nos legem. nos scripta patrum. nos iura tenemus.  
Quod qui se regem facit. est reus hercule mortis  
Tunc iterum pilatus eum reinterrogat. es tu  
Rex dicens. Iesus inquit ei. Tu te duce dixti.  
Exit adhuc pilatus. & his est fatus in ira  
Dixi ego. nec uultis mihi credere. quod necis ullam  
Haud causam inueniens. quo nescio crimine damnez  
Talem hominem sine lege datum. nutante cohorte  
Pontius ardebat. gensq; insensata furebat  
Vociferans. Lex nostra iubet fore crimine morti  
Tradendum. atq; etiam si sit damnandus. agente  
Lege. nec est licitum nobis occidere. quenquam  
Preses inexhaustam. per mille foramina plebem  
Formidans. loquitur Christo. mihi fera referre  
De te ipso liceat. Iesus ad sua Verba tacebat  
Respondere negans cui pontius anxius inquit:  
Tu mihi non loqueris. nescis quod plena mihi sit  
Te condemnandi dimittendiq; potestas.  
Dixit ei dominus tibi nulla potentia de me  
Esset. ni e superis genitor meus ille dedisset:  
Propterea & qui me tibi tradidit: ipse profecto

Peccatum premaius habet. Que uerba nocentem  
 Pilatum fecere necis cum tempore Christi.  
 Qui euoluens animo maledicta & facta minantum  
 Pontificum. nolens sortem tentare furentem:  
 Aduocat in testes sibi numina cuncta. ꝓ esset  
 Ante deum atq; homines damnati sāguinis insons.  
 Inde sibi lauat ipse manus atq; ore soluto  
 Inq; nocens ego sum de istius sanguine iusti.  
 Vosq; superuenit talis. genitos quoq; uestros:  
 Culpa & me excipiam .cui uerba dedere maligni  
**S**anguis enim sit nos genitos super atq; nepores.  
 Pontifices scribeq; simul: turbeq; minaces  
 Mille per aeream fudere piacula partem  
 Clamantes crucifige illum. tolle & crucifige.  
 Tantus clamor erat circum loca termina diti:  
 Ne uox effantum sentiri in turbine posset.  
 Tandem nostra salus sole adueniente manebat.  
 Damnarat pilatus. erant fera brachia circum  
 Et caput & faciem sine percutientia sine.  
 Diripitur manibus. collo cum fune ligato  
 Christus. & abstrahitur. & ab aula ad limina uentat  
 Portarum. quanta ui impellant carbasa uenti.  
 Postqm̄ est excessus gradibus: pia uictima ut aris  
 Imponenda. fereq; expectans fulmina turbe.  
 Interea astabant quidam uexilla quirites  
 Gestantes extra. quales teterima mortis  
 Iudicia expectant. que dum Iesus ede nocentis

Descendisset heri. manibus ui lapsa coactis  
Concedere solum. stabantq; impicta patenti  
Pulchra figurarum series in limine muri.  
Que Christo inspecto fecere decenter honorem  
Clamauere omnes contra ipsa coacta tenentum  
Brachia. cur caderent. illi autem impressa ferebant  
Vi ruere. ac iussos iterum costare. repertum est  
Impelli. hinc etiam muro illita machina motu.  
Terruit omne genus palmis ad sidera tensis.  
Dicebant miseri. magica ecce illudimur arte:  
Quid facim9. quid nostra uiri capere arma potentes  
Profuit. extabant nonnulli exanguibus intra  
Cordibus. & quidam diuine ibi robora sedis  
Dicebant. alii ue animis crudelibus esse  
Magnum illusorem Christum. perq; omnia fontem.  
Pars una atq; bonum pars altera gentis habebat  
Altera tristis erat. pars altera leta cohortum.  
Sic Iesus in tanto discrimine mortis obibat.  
Si qua nuquam in miseris feritas regnauit achiuis:  
Vindictæ in troiam. aut contra hectora. si qua feroce  
Aduersum eacidem paridis uindicta reluxit.  
Non minus. imo magis rabiosa proteruia seuit.  
Turbe & pontifices: uiso rumore timebant:  
Sollicitaq; manu satagebant agminis agnum  
Surripere e medio strepitus. trepidosq; ministros  
Hortari: ut Christum traherent de gentis aceruo  
Ad montem extra urbem. qua crux erat arce para

Victimam compressis humeris pia lumina circum  
 Ducebat demissa solo. si cernere posset  
 Matrem. aut discipulos. aut ulla repagula sortis.  
 Tandem nullus erat: qui solaretur amantem.  
 Sic Iesus in tantis penis & sordibus ibat.  
 Carceris in tenebris hac tempestate manebant  
 Ambo homines. longo qui tempore ab urbe relapsi  
 Condidierant domibus predalia. denique captos  
 Instituerunt simul crucis in penacula poni.  
 Unde cruces humeris tribus imposuere ministri  
 Tresque ad supplicium conducere turba ruebat  
 Accelerant nimium propter discrimina plebis  
 Instantesque patres. Tendunt cum supplice passu  
 Christus & ambo alii. mulieribus. atque uirorum  
 Ceteribus usque locum sectantibus. ante retroque.

**D** Discipulus carus: qui syndone in arma relicta  
 Fecerat inde fugam. longeque asssecutus amantem  
 Viderat omne nefas. trepidus de sorte Ioannes  
 Aspectis ritibus & tempestate cohortum:  
 Mestus abit. queruleque petit referare parenti.  
 Hec erat in domibus cum Christus abiret ab illa  
 Quo ue recedente. moxque ipsa recesserat inde  
 Ut sequeretur eum. circum hec atque illa petebat  
 Compita. quo posset moriturum attingere natum:  
 Et uelut optabat. nullum reperire nequibat  
 Obsequium. benedicta parens sociata uagabat

Nocte sub ancipiti quo tenderet inscia . terram  
Sepe cadendo . Illam pia magdalena leuabat  
Tandem ita nocturno discurrens compita passu  
Aspicit esse procul radiantis luminis edis  
Fabrili lucem: quo senserat in cudis ictus  
Lumen ad id mater paucum alleuiata pererrat.  
Fabriles uenit ante fores . lachrymosa subintrans  
Hostia . Faber ei quid posceret inquit . At illa  
Mesta precor solare meos germane dolores:  
Illa ego sum infelix genitrix pauperrima Christi.  
Afflicti miserere animi . natiq; meiq; .  
Iesus ut agnouit: penas cruciatibus auxit  
Demonstrans miserere clauos atq; aspera risu  
Instrumenta crucum: magnis delusibus inquit  
Hec sunt o mulier . ligna illa ubi membra reorum  
Sunt crucifigenda emeritas pendentia penas  
Ad sua uerba uidens genitrix penacula nati  
Excidit examinis croceo resupina colore  
Quam uix cum manibus potuit retinere cadentem  
Magdalena suis: ne terra offenderet illam  
Collapsam . clamore hominum uicinia currit .  
Exit opem: reperitq; animam tellure iacentem  
Corpore in exsangui: uenasq; in corde reclusas  
Tangendo exagitant: que uix rediuiua per auras  
Emittens gemitus transcurrit & accipit unam  
Sepe cadēdo crucem . seq; ocus angit ī illam  
Clauo intercepto nisi gens uetuisset adaptis

Omnibus. hunc manuum palmam afflixisset **I unam**  
 Infelix genitrix clamabat ad ethera: dicens:  
 Quam premor. atq; utinam morerer sunt iudic; pene  
 Nemo mihi auxilium tanta inter tedia confert.  
 O crudele genus. quantum in mea uiscera seuis.  
 Mittite me saltem prius ista piacula fessis  
 Imprimere in manibus moriar: rapiar: crucifigar:  
 Dum genitus modo sospes eat. uel si quid amatis  
 Stirpem animo uestraz. rogo uos date munera matris  
 Ante probem quanti debent geniti esse dolores  
 In cruce. quo saltem hec leuius mea pocula amaro  
 Fonte bibam. Tota ipsa cohors. que uenerat intro  
 Non poterat lachrymas: licet esset seua: tenere.  
 Tantus erat gemitus. quod faber iniquus abegit  
 Inde piam matrem. quam cum duxisset ad edem  
 Magdalena iterum magno solatur amore.  
 Accurrunt nonnulli etiam domineq; maresq;  
 Sic. ut uirgo parum posset reassumere uires  
 Vix rediuiua domum fuerat paulo ante reuerfa.  
 Cum uenit ad miseram triplicare pericula matrem  
 Ipse metu fugiens ab iniqua huc gente Ioannes.  
 Qualis erat priamo aut hecube morte hectoris alti  
 Nuntius in grauib; truculento ex federe bellis  
 Aut qualis. cum miles equo sub palladis umbra  
 Pergama ui tracto: & flamãtem iuaferat urbem  
 Explicuit. sic ille refert penalia Christi.  
 Vix uerba ediderat. cum strato corpore mater

Decidit inter eos. cuius dolor abstulit auras  
Tantus. ut implicito mortali frigore dentes  
Conclauderentur. preciosaq; lumina uultus.  
Post modicum recreata tonans ululatus edem  
Obstrepat. ut nullus solari auderet eandem.  
Hinc sigilatim domino inter bella relicto  
Discipuli rediere domum. quibus ore trementi  
Mater ait. malefida cohors. ubi uester amicus  
Ipse magister adest ubi nostra audissima uite  
Et spes & requies. ubi dimisistis honorem.  
Dicite ubi est genit9: mea gloria dulcis adēpta est:  
Dicite ubi est uester. uestra intima uita magister.  
Quid faciam. quo uertā animum: quis deniq; amare  
Consultit. obsequio careo uitaq; sub armis  
Pontifices scribeque mihi rapuere. nec ullus  
Auxiliatur ei. uos hunc mihi semper euntes  
Atq; reuertentes sociando reducere ad edem  
More solebatis: nunc deniq; quisq; sine illo  
Venistis. miseranda mori non deniq; possum.  
Plorabat grauius mater cum discipulorum.  
Ordine. secum omnis gemitus fundebant amarus.  
Magdalena oculos madidos atq; ora ferebat  
Liuida. tristis erat magis egra dolore marie:  
Quam de morte Iesu. montes: celi: astra gemebant  
Aspiciendo suum sine causa a gente maligna  
Fune creatorem sub tanta pericula ductum.  
Tandem instante die mater mestissima lapsu.

Hinc matrem inde satum: uos o pensate legentes.  
 Christus nostra salus mortem passurus adibat  
 Mitis & inquerulus media in feritate luporum:  
 Percollum abstractus fune ipso in calle cadebat:  
 Atq; repercusis manibus. face. fustibus. ense  
 Sordidior carbone: loqui ne audebat. adibant  
 Cum genetrice due procul auxiliando sorores  
 Et magdalena iuvene accomitata Ioanne.  
 Ast Iesus in solito lignorum pondere lassus  
 Sepe cadebat humo turba impungente. cohortes  
 Ne sibi eum ariperent querule indinamina plebis  
 Angariauerunt symonē de nomine quendam  
 Ruphi & alexandri uenientem exuere parentem.  
 Huic humeris posuere crucem. detiesq; coactum  
 Atq; resistentem fecere efferre ministri  
 Ibant post Christum mulierum maxima turba  
 Plangentum. & laceris fundentum uerba capillis.  
 Ad quas conuersus Iesus hec memoranda reliquit  
 Dicta ferens: o uos mulieres hierusalenes  
 Flere super nolite meos de morte dolores:  
 Imo super uestros uentura piacula natos.  
 Tempus enim ueniet: in quo dicetur ab omni:  
 Felices steriles: que non genuere parentes.  
 Plebe sequente retro: properat turba omnis in ausis  
 Caluarie ad montem qua quondam antica parentis  
 Ossa sepulta iacent. nunc nostra insignia pendent.  
 Ibant armati cunei iuuenesq; senesq;

Matres atq; uiri: lachrymosaq; corpora uita

**N** Am. Ies<sup>9</sup> acci<sup>o</sup>to populo & properate tumultu  
Sic iussos tolerare dies: sic prisca piorum  
Dicta prophetarum ratus: & tormeta maligne  
Gentis: in expertam accelerat contigere mortem.  
Urbs quoq; sollicito conuenerat undiq; passu:  
Ingentemq; crucem circum cumularat aceruum.  
Circueunt girum baculi. & spectacula supra  
Omne hominū memoranda fidē & dignissima cedro  
Scripta per antiquos in nostra piacula patres  
Ecce adsunt. trepidant alii. gaudentq; uidere  
Nonnulli. Ast alii lachrymantia lumina nullis  
Ferre modis poterant. sic in diuersa popellus  
Scinditur aduersum celestis lumen honoris  
Hic circunuentunt Christum: & pia membra minaci  
Sermone expoliant. propter data uerbera sicco  
Sanguine. uestis erat tenere conglutina carni.  
Hinc grauiora aderant tormenta nouissima primis:  
Denu dando nouus refluebat corpore sanguis  
Vlceribus. dolor iste animam penetrauit amanti  
Demum illum expoliant magna impietate quirites  
Atq; cruci coequāt. statuunt loca congrua membris  
Et terebro aduerso tria dira foramina lignis  
Efficiunt. clauoq; cruci configitur a<sup>o</sup>:  
Dextra prius rigido nimio percussa dolore.  
Sed fixura manus: contractis robore neruis:

A factis signis partes disunxerat equas .  
 Vnde ex forti humero terebrata margine leuam  
 Fune manum triplici tantum extraxere forandam.  
 Donec tracta locum posset contingere primum.  
 Sicq; pedes retrahunt tanto conamine parti.  
 Quanto equarentur prime. quos cude feroci  
 Clauo dextera furens loculo confixit eodem.  
 Corpore de sacro dolor emanabat ubiq;  
 Sic crucifixerunt dominum terreq; poli q;  
 Erigitur populi medio Iesus agmine montis  
 Nanq; superficie. qui golgotha dicitur. hoc est  
 Caluarie prope saxa locus. clangore tubarum.  
 Hic crucifixerunt pariter quos diximus ambos  
 Latrones: unum a dextris: aliumq; sinistris:  
 In medio posuere Iesum. posuere superq;  
 Alta in parte crucis sic scriptam ex fuste tabellam  
 Exq; olea ut memorant. grece. hebrayce. atq; latine  
 Vt scirent legere uaga clymata quatuor orbis:  
 Rex iudeorum hic Iesus est nazarenus. At illi  
 Pilato dixere. piget. quod scripseris esse:  
 Sed quod se faceret dici per inania regem.  
 Que scripsi scripsi pilatus dixit ad illos.  
 Inde ipsam: qua etiam fuit expoliatus iniqui  
 Arripiunt uestem facientes iurgia circum  
 Armigeri. ut uellent gladiis excindere nudis.  
 Tandem inter se ipsos concordia federa firman:  
 Vt sorte adueniat cui detur. sicq; facessunt.

Ludunt. & tandem socium peruenit ad unum.  
Impleta est scriptura olim dicente propheta  
Diuisere sibi mea uestimenta: superq;  
Gens uestem misere meam stolidissima fortes.  
At Iesus ista uidens puro est de corde locutus  
Illis parce pater. quid agant non deniq; noscunt  
Ob uerba ista Iesu dare distulit alta potestas  
Supplicia in patulos quadraginta agentibus annos  
Iudaice genti. quibus expectauit eandem.  
At ceca erubuit scelerum meminisse suorum:  
Malens armorum rabiem: quibus excidit astris  
Culmine ad umbriferam per opaca incēdia mortem  
Quam nosce explicita priscorum epigrammata patrū  
Atq; mori: quam atras conuerti ad numina mentes.  
O crudele nefas. o uita simillima morti.  
O rabiosa fames. rabiesq; miserrima labis.  
Gens odiosa deo. seua atq; inuisa. memento  
Innocuum fixisse cruci: qui uenerat alto  
Vt te ipsam eriperet laqueis o indigna profundi,  
Si pateris. Lue. plange. datas pro crimine penas.  
Euersa in signis latitant monimenta triumphi:  
Nam titus exuuias patrie dux uexit ad urbem:  
Regum antiquorum: uestigia perdita longe  
Clara gemunt. iudeq; ablata potentia regni.  
Eccere demptorem crucis alto in stipite pendet:  
Quem tantum cecinere tui gens ceca prophete  
Carminibus: cupiere patres: tot regna: tot urbes

Cernere: latronum in medio manet ecce duorum:  
 iudei: in uestro faturentur sanguine manes.  
 Post ait ista Iesus sitio. ueruntamen hec uox  
 Non uinum sitientis erat: sed signa salutis  
 Humane. quam Christus amor sitiebat. ob ista  
 Verba: equitum quidā mox inde recessit ad urbem  
 Ut potum acciperet. capitur sibi spongia uino  
 Insita acetoso cum myrra & felle. deditq;  
 Id bibere. Ast Christus cum degustasset amarum  
 Noluit id bibere: capite inde ab harundine moto.  
 Hoc facto atri homines misere ad sidera uoces:  
 Vah quicunq; dei in triduo uenerabile templum  
 Destruis: & triduo reparas: Te de cruce nosq;  
 Descende & saluos facito. saluauit & alios:  
 Seq; ipsum saluare nequit. sic turba ferebat.  
 Latro sinister ait: si tu es deus. auxiliare  
 Nobis atq; tibi. Qui dextra in parte manebat  
 Reprehendens sociū dedit hec pia uerba loquendo:  
 Nil ne pudet contra innocuum sic dicere honorem  
 Qui nihil hercle mali gessit. nos attamen ambo  
 Latrones patimur meritas de crimine penas.  
 Seq; inde aduoluens domino sic ore profatur  
 Quando tuum in regnum sanctum perueneris oro  
 Christe memento mei. Iesus autem dixit eidem:  
 Amen eris tibi dico hodie mecum in paradiso.

**S** Tabat sancta parens iuxta crucis anxia lignū  
Que tantū clamabat ibi. quod saxa mouebat.  
Ah pater oīpotens dicens nil respicis alto.  
Qui miserere hominum: quando in tua numina fiūt  
Obsecro sic pater alme meos nunc respice casus.  
En tuus atq; meus moritur sine crimine natus.  
Languida sum: & totiens mater te in nostra uocauī  
Auxilii. & nunq̄m afflicte responsa dedisti.  
Ast saltem: si te nequeunt mea uerba mouere:  
Me iubeas cum stirpe mori: qui me ante pependit.  
Ah miseranda parens. an dormio tot mala cernens.  
Dormio forsan inops. nam nunquam hec dira ualere  
Federa ferre oculis. uigilo certe. & morientem  
An gnatum inspicerem. falsum est minimeq; uidere  
Sufferrem. sed amara mihi dant somnia uisum.  
Somnio. non uideo. certe hec uerissima res est.  
Heu mihi dulcis amor. dulcedo atq; unica cordis  
Letitia. an moreris: moreris ne altissime fili  
Es ne ille. o fili. moreris. meq; in iuga mundi  
Vinculaq; obscuri dimitis inermi a matrem.  
Es ne ille hic moriens per detestabile nulgus.  
Si tu ille. o fili. noli me linq̄ere post te.  
Vel saltem orbam anima paucum solare loquendo.  
De meritis ue meis tibi si mea uita peractis  
Displicuit. uel si est. quod te scelus arceat usquam  
Ut simplex sine labe animi tristissima feci.  
Da ueniam. dignare precor me audire precantem

Vror. & haud ualeo raucam tibi promere uocem,  
 Ah genite. ab mea lux. cur me pia deseris. audi:  
 Tene meo potui sic demeruisse reatu.  
 Languet. Tu moreris mundi salus inclyta uite.  
 Langorem solare meum. dispersita mens est:  
 Afflicti miserere animi. gens im pia. cur tam  
 Me rigide infestas. nequeo infestata mori q;  
 Membra pati uideo: nequeo ue auidissima morte  
 Pro genito moriente mori: cui proxima mors est  
 Et mihi tantum ipsam fugit indignata petenti  
 Ah pie discipule: et socie in mea damna sorores  
 Detis opem afflicte: quid agā dulcissime amor mi:  
 Et spes & requies tantū acceptissima matri.  
 Quid tibi displicui. mihi dicito. larguida resto  
 Heus ubi uox leta est gabrielis nuntia partus  
 Que mihi promisit tantarum munera rerum  
 Heu mihi quo recidit: cum te lux illa tenebam  
 Ingremio: atq; oculos faciem q; abstracta micantē  
 Oscq; mihi arridens & dulcia uerba parenti  
 Tractabam. atq; inter te brachia iuncta lacertis  
 Nectere uisa fui. dumq; in presepe rigenti  
 Tecum essem. nunquam. quia tu mihi uita decusq;  
 Nunqm ego. te obtestor. fili. nisi leta uidebar  
 Nunc autem ante tuam faciem mestissima longe  
 Ante alias matres: neque: in te audire loquentē.  
 Heu mihi quantum habeo menti q; animoq; labores  
 Quando ego contemplor uidisse intrare receptum

Te hierosolimam' ramis uiridentis oliue  
Vestibus & palmis cum turba & plebe canendo  
Substratis. nunc te atra crucis mihi ligna retentat.  
Irrident populi. consortia pulsa reliquit  
Destituere omnes. qui te inter uina canebant.  
Sola ego te populo cum blasphemante remansi.  
Magdalena mihi que porrigit anxia uires.  
Nunc demum en solus de tot sectantibus unus  
Discipulis iunior remanent. Tu uita redemptis  
Morte truci opprimeris. nec uis tibi adesse fauores.  
Heu mihi quanta meis promiserat angelus annis  
Gabriel. & nullo solamine mentis adacta  
Exciderim. cum te uideam prope pondera mortis  
Meq; tibi nec posse loqui. nec posse iurare.  
Magnos ante crucem uirgo intemerata dolores  
Fundebat. nullumq; aderat cum gente leuamen.  
Vnde Iesus pietate animi peniq; dolebat.  
Quare uolens matrem tanto exonerare labore:  
Cernens discipulum. quem lumine cordis amabat  
Dixit ei. o mulier: tuus ecce hic filius. inde  
Discipulo dixit: tuaq; ecce nouissima mater.  
Alma igitur genitrix multo magis ante gemebat  
Cum se audiuiisset. mulier. pro matre uocari.  
Inq; hominem mutasse deum. per discipulumq;  
Amisisse Iesum. dominum terreq; poli;  
Pro seruo exiguo: gemitus duplicabat amarus.  
Amisi dicendo deum. famulumq; recepi.

Quid faciã: quo uertam animũ: quẽ audita tremẽtẽ  
 Verba mei faciunt. qui me angit in auia nati.  
 Plorabat grauit̃ genitrix quasi perdita uisu.  
 Plusq; erat ambobus dolor intolerabilis illis  
 Discipulo & famule: flentẽ inspexisse mariam  
 Ac consolari. qm̃ pena grauissima christi.  
 Nemo foret tantum ferus ac leuissimus in se:  
 Qui non ploraret. quis carmina nostra legendo  
 Mesta tenet lachrymas. totũ deprimere planctũ  
 Haud possem. si esset mihi ferrea lingua loquẽdo  
 Vosq; uiri pensate animis & cordibus egris  
 Experti ingentes uariasq; in corpora penas:  
 Natorumq; necem: postremaq; fulmina sortis.  
 Vosq; etiam o matres que mille per omnia uẽtris  
 Ventorumq; uices caditis: pensate quot annis  
 Mater erat geniti quantosq; est passa dolores:  
 Et secum plorate simul. dateq; aspera luctus:  
 Verba: & pro domino patiãtur membra sub acto  
 Post hec afflictus Iesus exclamauit in auras:  
 O heloi o heloi dicendo Lamazabathani.  
 Quo sic explicito: stolide dixere cohortes:  
 Heliam uocat hic: finite & uideamus: an illum  
 Liberet helias ueniens delapsus olympo.  
 Stabant circum homines: qui ex omni parte uidere  
 Se tulerant Christum: quorũ ora lucentia mortẽ  
 Damnatiq; iniuste agnum cum gente ferebant.  
 Ast maledicta cohors hunc blasphemabat amantem:

Atq; iridebāt penīs & amore relapsū:  
Seminecemq; ferens: uah qui irreparabile templū.  
Destruis: & triduo reparas. descende. deūq;  
Ora. ut te tantis redimat ueniendo periclis.

a     D noua: qui totiens in crimina labitur orbis  
Spectacula: adueniāt: pariter iuuenescq; senescq;  
Qui in foueas scelerū matrū labūtur ab aliis  
Atq; in uindictam celestia numina clament:  
Morte creatoris. ueniant erga omnia terre  
Regna uidere deum superum: perimiq; pati;  
In cruceq; armatus geminū gerit inclytus ensem  
Ambabus manibus: minitans uictricibus armis.  
Altera: que totas orientis continet oras:  
Altera: que hesperias sese usq; extendit ad umbras.  
Ecce hominum diuumq; fator. rerumq; creator  
Ex nihilo: ut latro crucis atro in stipite pendet.  
Heu rabies truculenta patrum. scelerumq; nefanda  
Gloria. que dominum redimentem extinxeris ausis  
Funereis. nec ue est necis ista iniuria troie:  
Hec tibi mors poterat: si tu prodesse uolebas  
Nec te penituit tanti inuidiosa reatus:  
Pro quo a romanis patria est euersa. superbū  
Id iude imperium: claris titus abstulit armis.  
Et tu circum alias erras odiosa per urbes  
Donec ad ima ruas grauibus gens tartara penīs.  
Vos quoq; christicole gens tantū ingrata penates

Vosq; omnes domini cū sanguine morti redempti  
 Ecce Iesus uice furis obit. crucis inclyta pendent  
 Stipite mēbra: T enet clauorū asperrima dignos  
 Forma pedes: cruor undel acro de corpore manat:  
 Implicitus iacet ille neci: uosq; una uoluptas  
 Decipiat scelerati homines: qui uiuitis absq;  
 Ordine: & absq; animo: dominū cognoscite uestrū.  
 Peniteat uixisse dolis: sedemq; paratam  
 Tempore pro minimo nolite amittere uite.

s     Eptima uox fuit hec diuina in carmina dāda:  
 Est consumatū: pater: in tua brachia sancte:  
 Me bene cōmendo. totoq; calore relicto  
 Atq; inclinato capite expirauit ab orbe. ———   
 Expirante Iesu. sunt signa hec facta sub axe:  
 Sole obscurato: tenebre per omnia terre  
 Facte. & aperta hominū per se monumēta fuere.  
 Pluraq; sanctorū recubantia corpora morte  
 Surrexere graui: noctu apparentia multis.  
 Se lapides coeundo simul fregere uicissim:  
 Ac uelum templi partes trepidantis in ambas  
 Est scisū a fūmo magno usq; pauoreq; deorsū  
 Multa alia obscure signa & miracula genti  
 Visa fuere. aderant in athenis splendida secte  
 Schola philosophice: de qua unus doctior: cmnē  
 Aspiciens terram tremere: & uaga lumina condi  
 Turbariq; polo signa inconsueta sereno;

*mudi labrum*  
*talay*  
Territus epluteo uerba ista breuissima fudit:  
Aut deus ens patitur: aut machina soluitur orbis  
Iste dionisus areopagita fuisse  
Dicitur: ad tempus: quem paulus apostolus alme  
Restituit fidei: dum declamaret athenis.  
Hec pia signa omnis populus conspecta timebat  
Rumor ubiq; aderat. uoces per opaca sonabāt  
Tota uidebatur dissolui machina mundi.  
Centurio aspectis sociiq; per ethera signis:  
Vere erat iste dei genitus. nec nouimus illum:  
Dicebat repetitq; atram perterritus urbem:  
Et populus. qui a longe illuc conuenerat. inde  
Mestus abit quatiens trepidantia pectora pugnis  
Plangebant querule matres: stupideq; puelle.  
Omnis in aduersos contraria uerba ferebant  
Pontifices. pauci. qui aderant de gente maligna  
Scribarū atq; hominum. cum aduersa plebe timerēt:  
Ceca hierosolime remearunt menia gressu.  
Oculto. ac tandem de Christi morte dolebāt.  
Penituitq; animis iuuenes dominalesq; maresq;  
Huc ego te admoneo o iudea infida per altum:  
Numen: & hic notum patris omnipotentis alumnū:  
Cognita si qua tibi est deperdita gratia uite:  
Quis tua terribilis commouit uiscera demon:  
Complorate homines. Iesus orbe recessit ab isto  
Morte necem superando: animas saluauit ademptas.  
Fine dato rebus. iam turba recesserat. hora

Nona erat. atq; iterum Iesus in cruce fixus ad auras.  
 Nemine habente modū. Tunc ioseph ab aramathias  
 Iustus homo aspiciens. quod nemo auderet ad edem  
 Presidis accessit. precibus donocq; poposcit  
 Corpus: & ille dedit. captumq; intra antra recondūt.  
 Digna domus: materq; simul: tremuleq; sorores.  
 Deposited super alma Iesum se extendit in egros  
 Amplexus. nec sic hedera est ambaeta cupressus  
 Aut olea aut quercus: quantum pia brachia circum  
 Corpus inerme Iesu se continuere perempti  
 Materno ingremio. uincebant oscula conchas:  
 Brachia uincebant hederas: & uerba columbas.  
 O fera pena nimis: natum tenecq; gemoq;  
 Atq; mihi nequit inde loqui uelut ante solebat:  
 Sed minime me audis. quid enim iuuat ore uocari  
 Morte repercussum per mille foramina corpus  
 Heu mihi dulcis amor: si tu gratissima posses:  
 Verba dares: fragili quondam data gloria uite  
 Spesq; salusq; hominum. nequeo meruisse loquentē  
 Audire. heu gracilis periit mihi tanta tibiq;  
 Libertas. sed tempus erit: quo in gaudia luctus  
 Conuertentur ait. spes hec sola mihi remansit.  
 Quid faciam interea: quis me sociabit amantem:  
 Quis consolari: quis me conducere possit  
 Ad finem optate per tanta extrema quietis.  
 Saltem etiam ambo simul tumulto moreremur in uno  
 Magnus erat gemitus matrisq; hominumq; uidentū

Nexa super genitum nimis obtenebrata iacebat  
Demum inde extorta est manibus uiolenta q̄ternis:  
Vixq; retenta sibi modicum uirgo alma quieuit  
Ait ioseph corpus capit atq; in aromata fundens  
Pondere librarum centum: ut de more solebant  
Sic sepelire patres. nicodemusq; accipit una  
Nocte illud: pariterq; inuoluens syndone munda  
Congerit & rorat. tumuloq; ex marmore condit:  
In quo nondū hominū fuerat quisq̄m ante repositus.

Explicit per fratrem Adam de motaldo genuensem  
scripta. & carminibus edita passio dñi n̄i ihesu xpi.  
secundum quatuor euāgelia. & secundum nicodemū.

a

F. Adae de montaldo  
Tinxit et extersit  
Omnis ama  
Inter apostolicum

b

Tunc pilatus  
Velatum adiiciunt  
Peccatum pre maius  
Victima compressis


c


Vror & haud  
Quid faciam




*9*  
*ma*  
*1319*





















IN  
1  
B